



9754

No: 477.

1761, 12.

D E

V E R A I V R I S
C O N S V E T V D I N A R I I N O T I O N E
L A P S V Q V E T E M P O R I S A D I L L V D
I N T R O D V C E N D V M N E C E S S A R I O

I L L V S T R I S

I C T O R V M O R D I N I S C O N S E N S V

P R A E S I D E

D. HENR. GODOFREDO B A V E R O

S V P R E M. C V R. P R O V I N C I A L. E T C O N S I S T.
L I P S I E N S. A D V.

I N A V D I T O R I O I C T O R V M

D. X V. I V L I I A. C. M D C C L X I.

D I S P V T A B I T

I O H A N N E S F R I D E R I C V S T R E V T S C H
G L A V C A S C H O E N B U R G.

L I P S I A E
E X O F F I C I N A L A N G E N H E I M I A.

CONSECRATIONE
TAMEN ETATIS
HIC PRAESES
TERRA AGNITUS

COLLOQUIUS
CIVITATIS
CIVILIA

P. HINRY GODFREDO RYVERSO
TERRA AGNITUS

COLLOQUIUS
CIVITATIBUS

JONATHANES LUDVICIUS TERRAAGNI

COLLOQUIUS
CIVITATIBUS



§. I.

Inter varias, quas agnoscit ius humanum, divisiones prima sine dubio et generalissima est, qua in scriptum illud et non scriptum diuelli mus. Scilicet nemo ignorat, voluntatem Principis notam ciuibus, obsequii ergo, factam esse ius. Ex quo apparet, qua ratione voluntas a legislatore declarari possit, ius quoque posse constitui. Ipsa natura confirmat, voluntatem nostram pariter verbis factisque declarari posse, indeque diuisio iuris, in scriptum, et non scriptum, sive consuetudinarium, promanauit, quorum illud a legislatore ciuibus propositum, hoc usu a ciuibus introductum, probatumque tacito consensu a legislatore dicimus.

*Prima iuris
humani divi-
sio est in scri-
ptum et con-
suetudinari-
um.*

§. II.

Sit igitur penes unum, an penes plures, ius legum ferendarum, semper idonea esse debet iuris, in scriptum et consuetudinarium, et ad publicum ius pariter, atque

*Eaque omni-
bus aequi in-
ris speciebus
inservit.*

A 2

priua-



priuatum, pertinere diuisio, cuius rei veritatem, quantum ad nostrum Germaniae ius publicum pertinet, plurimae euincunt, ad quas in ipsis Imperii legibus passim prouocari videmus, obseruantiae.

§. III.

*Exponitur ve-
ra ius feri-
ptum inter, et
confuetudina-
rium,differen-
tia.*

Vt vero de notione iuris, scriptum sit, an consuetudinarium, recte iudicemus, ad causam illius efficien-tem respicere oportet. Quodsi promulgatum fuit ab iis, quorum ius est legum ferendarum, statimque post promulgationem vim iuris obtinuit, absque dubio, quia expressae innititur legislatoris voluntati, ius scriptum dicendum est, si vero populus, nullo legislatoris iussu antecedente, aliquid sponte obseruat, nec dissentiente Principe continuo vsu seruat, consuetudo illa demum ex accedente Principis consensu vim iuris nan- ciscitur. Supponit itaque ius consuetudinarium semper antecedens liberum eorum, quorum est parere, arbitrium, accedentemque eius, cuius est imperare, approbatio-nem. Ex quo patet, ex consuetudinario iure scriptum propterea non fieri, si Princeps morem a populo seruat, vimque iuris na>ctum diserte probet vel immediate, vel mediate, ad illum in dirimendis litibus respicio-do. Patetque adeo, Ius Romanum in Germania consuetudinarium, non scriptum, esse dicendum, et si Imperator illud pa-riter in *Ordinat. Camer.* diserte probat, pariterque, dum do-stores illius in Academiis creare inbet, idque, quia condi-tori-



V

toribus eius non paruit Germania, receptionemque in foris
Germanorum non iussit Imperator, verum tantum permisit.

§. IV.

Quemadmodum vero ius consuetudinarium libe-
rum supponit ciuium arbitrium, non minus ad inducen-
dam iuris notionem requiritur *consensus Principis*, de-
quo si constat, statim adest ius, quod ex definitione
eius appetet. Verum, quia non semper liquido
constat, ad euitandam incertitudinem, litesque refecan-
das, necessarium fuit visum, regulas quasdam constituere,
sive certas praesumtiones legibus fulcire, ex quibus elici-
possit legislatoris voluntas, quae videlicet ad essentiam
legis necessario requiritur.

*Nullum datur
ius consuetu-
dinarium sine
consensu Prin-
cipis, vel vero,
vel ficto.*

§. V.

In his, praeter alia, ut ex consuetudine ius fiat, *Lapsus tempo-*
annorum exigi seriem, omnes consentiunt, qualem *ris inter alia,*
vero, quantum ad Ius Romanum pertinet, vehe- *inducit prae-*
menter discrepant. *CONNANVS* quippe *Com-*
mentar. Iur. Ciu. L. I. Cap. X. n. 6. quia consuetudo *consensus le-*
non vbius longa, verum aliis locis, et quidem in *I. 32.* *gislatoris, qua-*
D. d. LL. I. 2. C. quae sit long. consu. alibique longaeua ac *lis vero, dubi-*
inueterata dicatur, quae dictiones decem annorum *tant interpre-*
termino includi haud patientur, et praeterea, quia *tes, ignoramus*
consuetudine, quae vim legis obtinuerit, tota vni- *sententiae re-*
uersitas obligetur, immemoriale tempus, certeque, ad ex- *censentur.*

A 3

annos



annos continuari ex *I. si ususfr. D. quib. mod. ususfr.*
amitt. nouimus, centum annorum exigit. DONELLYS
contra Commentar. Iur. Civ. L. I. Cap. X. quia aliis lo-
*cis eadem vis longae ac diurnae consuetudini tribui-
 tur, v. *I. i. C. quae sit long. consu. l. 33. et 35. D. d. LL.*
*dummodo exemplorum frequentia et similitudo ad-
 fit, decem annorum decursum sufficere statuit, id-
 que, quia inscriptio tit. *C. de long. temp. praescr. 10 vel*
20 annor. l. i. princ. et fin. C. d. Vfuc. transform. l. 16.
*§. 3. D. qui et a quib. miss. et complura alia iuris ca-
 pita, decem annorum tempus inter praesentes lon-
 gum dici ac diurnum, comprobent, et respublica
 nunquam abesse intelligatur.* Denique ANTON. FA-
BER Ipr. L. I. Tit. II. Princ. XI. cum eoque VINNIUS
Commentar. ad Inst. Lib. I. Tit. II. §. 9. ad verba: *diu-*
nurni mores, argumentum a praescriptione ad consuetu-
dinem propterea, quod illa priuato homini dominium
alicuius rei adiiciat, haec vero integrum rempublicam
*teneat, reiiciunt, totamque rem, tanquam iure ciuili inde-
 cisam arbitrio iudicis prudenti committunt, quos H V B E R*
in Praelec^t. ad Institt. Lib. I. Tit. II. §. 12 sub fin. B E R-
G E R. Oec. Iur. CARP Z O V. ad Constitutt. IOHANNES
*VOET. ad Pand. L. I. Tit. III. §. 29. aliique sequuntur.***

§. VI.

*Praemissio ea-
 rum examine,
 probatur in-
 primis sen-* 300000 *Etsi vero omnino verum est, priuatorum dominia
 et possessiones, totiusque reipublicae iura et obligationes,
 magnam*



magnam intercedere differentiam, illisque haec longe tentia non
grauiora esse ac digniora, mihi tamen propterea per-
NELL.
suaderi haud patior, aliam esse intuitu consuetudinis longi
ac diuturni notionem statuendam, cum legis disposi-
tione hac in re destituamur. Etenim, et si, occasione
praescriptionis, ius Ciule nobis longi ac diuturni signi-
ficationem insinuat, ad praescriptionem illam non
restringit, sed generalem constituit regulam, consu-
lendam in praescriptionis materia, nec in aliis iuris arti-
culis exulēm. Quā ob causam non possum non dō
NELL in primis castra sequi, nec FABRI et VOETII
aliorumque sententiae accedere. In primis, quia creden-
dum non est, conditores iuris rem aliquam tanti pon-
deris, tantaeque, cum in iure constituendo versetur, gra-
uitatis interpretum arbitrio committere, vagamque adeo,
et incertam relinquere voluisse.

§. VII.

Vnde nullus dubito, si quid ter separatis tempor- Regula consti-
bus, publice, semperque eadem ratione gestum, tempusque
tuitur, et pau-
ca de exem-
plorum nume-
ro adiicien-
tur.
decem annorum, a primo actū computandum, absolutum
est, supponi assensum Principes posse, enatunque adeo
ius consuetudinarium intelligi. Neque enim admittit,
quod ZONES IUS ad Pandect. aliique propugnant, duo
ad inducendam consuetudinem exempla sufficere, pro-
uocantes ad I. 12. D. d. test. vbi duorum numero con-
tentam esse dicit VLPIANVS elocutionem pluralem.

Hoc



Hoc igitur Vlpiani responsum ad rem praesentem minime pertinere propterea puto, quia *l. i. C. quae sit long. consu.* non, quod bis, aut plus vice simplici, sed, quod frequenter in eodem genere Controversiarum seruatum fuerit, seruare iubet. Mihi plus, quam pluralitati, ineffe frequentiae videtur. Vnde, qui hanc duorum numero metiuntur, quantum intelligo loquendi usum offendunt. Tres tamen actus admittere mallem ad euitandam incertitudinem, quam cum **C O N N A N O** cit. supr. loco multos indefinite exigere. Praeter actuum igitur similitudinem, notitiam, et frequentiam regulariter ad introducendam consuetudinem Iure Ciuli decennium sufficere statuo, de exceptione prima, quae se obtulerit, occasione locuturus.

§. VIII.

Adduntur quaedam de iure hodierno

Iure Saxonico, decennii loco, triginta et uno annis, sex septimanis, ac tribus diebus opus esse, ad unum omnes interpretes propugnant. Quam sententiam, et si diserte lex haud sustinet, omnes tamen agnoscunt veram, neque id immerito, permoti sine dubio praescriptionis exemplo, cuius mutatam omnes nouimus hodierno iure naturam. Prouocant enim ad *Art. 29. Iur. Prou. Sax.* qui nullam facit consuetudinis mentionem, de praeescriptione vero rerum immobilium loquitur.



ULB Halle
007 114 605

3



WDR



B.I.G.

9754

No: 777.

1761, 12.

D E

V E R A I V R I S
CONSVETVDINARII NOTIONE
LAPSQVE TEMPORIS AD ILLVD
INTRODVCENDVM NECESSARIO

I L L V S T R I S

I C T O R V M O R D I N I S C O N S E N S V

P R A E S I D E

D. HENR. GODOFREDO B A V E R O

S V P R E M. C V R. P R O V I N C I A L. E T C O N S I S T.
L I P S I E N S. A D V.

I N A V D I T O R I O I C T O R V M

D. X V. I V L I I A. C. M D C C L X I.

D I S P V T A B I T

I O H A N N E S F R I D E R I C V S T R E V T S C H
G L A V C A S C H O E N E V R G.

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E I M I A.

